

Q. D. B. V.
DISPV TATIO THEOLOGICA 33
DE
ΠΛΗΡΟΦΟΡΙΑ
JVSTIFICATORM,
CVM
ABSOLVTIONE
MINISTRI CONCILIABILI,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO AVGUSTO,
PRINCIPE REGIO ET ELECT. SAX. HAEREDE,
PRAESIDE
MARTINO CHLADENIO,
SS. THEOL. DOCTORE AC PROFESSORE PVBLICO,
VT ET ALVMNOR. REGIO-ELECTORAL. EPHORO,
INSTITVTA
PETRO MAGVLÁCS,
ALNOVIA GEOMEORIensi
HVNGARO,
IN CATHEDRA D. LVTHERI
DIE XXIX. IVN. A. O. R. c^{lo} I^oCCXIII.

VITEMBERGAE, LITERIS GERDESIANIS.

DICIPULATIO THEOLOGICA
DE
ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΦΟΡΟΙΑ
ΑΟΙΚΗΤΕΥΤ
ΜΥΡΙΟΤ

AB SOLVATIONE
INSTITUTA CONCIERIAE

DN. FRIDERICIO AUGUSTO
PRIVILEGIO ET ERECTA A M. H. V. C. D.

MARTINO CHIADENO
ALTE VETUSTORE VICTORIASORCHITICO
INSTITUTA

PETRO MAGALICS
DIE XXII. IUNI. O. G. MCCCLXII.

NATIVITATEM ET HISTORIAM GERMANIAE



DE
PLEROPHORIA JUSTIFICATORVM
DISPUTATIO THEOLOGICA.



Octrinam orthodoxam, & in ecclesia
Dei semper receptam, *de indole &*
natura absolutionis euangelicae, a mi-
nistro Dei susceptae, ante hunc an-
num dissertatione quadam inaugura-
li, & a Candidato Eruditissimo de-
fensa, proposuimus, & ab obiectio-
nibus, quibus eam grauauerat Autor
Antibarbari, Numinis auxilio, soli e-
ius honori litantes, vindicauimus. Nunc quoque caliginem
nonnullorum adhuc dubiorum, quae nouissime ideo Scri-
ptor idem movit in *Epimetro ad Commentarium in Epistolam*
I. Iohanneam editum, opus est ut discutiamus, procul omni-
bus remotis, quae rem non tangunt. Veritas enim cœle-
stis est, quae defenditur: haec lacinias satyrarum potius re-
pudiatur quam admittit. Pulchrius praeterea est obiectum,
sanctius, utiliusque, in quo uersamur, quam ut ad scomma-
ta secus sentientium, in quibus plerumque non tam ingenii
ius honoris litantes, vindicauimus. Nunc quoque caliginem
nonnullorum adhuc dubiorum, quae nouissime ideo Scri-
ptor idem movit in *Epimetro ad Commentarium in Epistolam*
I. Iohanneam editum, opus est ut discutiamus, procul omni-
bus remotis, quae rem non tangunt. Veritas enim cœle-
stis est, quae defenditur: haec lacinias satyrarum potius re-
pudiatur quam admittit. Pulchrius praeterea est obiectum,
sanctius, utiliusque, in quo uersamur, quam ut ad scomma-
ta secus sentientium, in quibus plerumque non tam ingenii
ius honoris litantes, vindicauimus.

um, quam malignum animum mireris, cum iactura temporis pretiosissimi attendamus. Tota uero res, aut saltem praecipuum eius momentum nunc eo redit, ut conficiatur: *An cum plerophoria hominis coram Deo iam iustificati, & in iustificatione sanctis, conciliari posit, si dicamus, absoluti-
nem ministri ETIAM RESPECTU IPSIUS esse reuera collati-
uam remissionis peccatorum, non saltem eius declaratiuam &
annunciatiuam?* Quod nos iterum iterumque affirmamus; Visum uero est dissentienti in negatiua tantisper cum aduersariis extra ecclesiam nostram constitutis persistere. Vtra sententia uerbo Dei & analogiae fidei respondeat, ex positionibus, quas breuitate instituti expendemus, Lectori, rei intelligenti, abunde patere poterit. De Sanctissimi Numinis praesidio, fiducia & plerophoria causae quae ipsius est, nisi, certissimi sumus, ipsumque precibus eo magis indefessis imploramus, quo minus dubitamus de eius exauditione certo impetranda.

POSIT. I.

Plerophoria iustificatorum est exquisitum, supernaturale tamen, rationique humanae imperspectum gaudium ex certitudine de impetrata gratia Dei & remissione peccatorum ortum, & a Spiritu S. verbo divino, per ministerium praedicato, ut suscitatum, ita ulterius subinde confirmandum, resuscitandum & augendum, hominem iustificatum non saltem ad pergendum in fiducia, sancteque vivendum, alacrem reddens, verum etiam ad patiendum pro gloria Dei suauiter, efficaciter tamen, impellens.

Exegesis.

E N D E S I S.

§. I. *Existentia* huius adiuncti in homine coram Deo iustificato utrinque est in confessio, adeo ut si quenquam dubium aliquod occupet, non modo *dictis Scripturae clarissimis Rom. V. 1. 2. 3. II. VIII, 15. 16. 38. I. Job. III, 21.* multisque aliis, uerum etiam *exemplis fidelium* in Cedice Sacro propositis, conuinci possit, utpote qui tam heroicum strenuumque animum in agendo & sustinendo exhibuerunt, ut facile colligi potuerit, eum ex nullo alio fonte, quam ex certitudine gratiae diuinae promanauisse. Ite hic possemus per singulas ecclesiae ueteris ac N. T. periodos, & intueri uiuas uelut huius rei imagines in Abrahamo, Hiobo, Dauide, Apostolisque, quibus fuit solenne, omnia perferre ac pati, tum ob spem futurae remunerationis, tum praecipue ob fiduciae certitudinem, se esse in statu gratiae, atque remissionem peccatorum a Deo obtinuisse. Edocet id praeterea *ipsius iustificationis indoles*, quod dum homo a peccatis absolvitur, iustitiaque Christi imputata ornatur, in diuina mox gratia acquiescat, ac pace spirituali cumuletur, illaque se *αμάρτυρον* non exhibeat, sed tam excellenti fructu & characterismo commendet. Edocet tandem *fidei iustificantis natura*, quae actus non modo simplex & simpliciter apprehensiuus, uerius etiam reflexus est, sui thesauri suaeques sincereae apprehensionis certus. Quod & Patres dudum agnoverunt: ex quibus uel unum AVG VSTINVM adduxisse sufficiat, qui fidelem uidere ipsam fidem suam asserit: *Videt, inquit, ipsam fidem suam, qua se credere sine cunctatione respondet. Videt cogitationem, qua cogitat, quid ei possit prodesse, quod credit: Videt uoluntatem, qua accessit ad suscipiendam religionem: Videt etiam ipsius resurrectionis quandam imaginem in anima sua factam: Legi quoque merentur,*

tur, quae apud eum porro sequuntur. *Epistola CXII. ad Paulinam, de uidendo Deo p. 548.*

§. II. *Vox πληροφορίας*, quam Spiritus S. in hoc negotio exprimendo adhibere solet, ut Rom. IV, 21. ubi de Abraham *fi-de* agitur, rem ipsam accuratissime exprimit. Errant enim, nec uirtutem uocabuli assequuntur, qui tantum de notitiae certitudine interpretantur. Plus enim habet in recessu. Nec uidit ESTIVS, qui Rom. XIV, 5. prolixissimus est in illo excutiendo praecipuam *ἐνέργειαν*, quam gerit, dum *πληροφορεῖσθαι* nihil aliud denotat, quam summo gaudio prouehi, instar nauigii, plenis uelis uentisque iter suum prosequentis: ita ut non ipsam certitudinem, sed eius fruitionem & perceptionem designet; estque uelut domestica & propria uox Spiritui S. ubi aut de fide aut de spe Christianorum loquitur. Hebr. VI, II. X, 22. I. Thess. I, 5. Placent etiam Spiritui S. uoces *πεποιθήσεως*, *παρρησίας*. Eph. III, 12. Ebr. X, 35. easque nunc inter se coniungit, nunc distinguit, nunc unam pro altera ponit, ad plenitudinem illius gaudii eo melius describendam ac depingendam.

§. III. Oritur itaque illa plerophoria *ex certitudine de gratia Dei impetrata*, atque adeo cum hac formaliter non eadem est, sed tanquam effectus a sua causa resultat; posita ea mox ponitur, ex eaque uelut a causa per emanationem profluit sponte, seque protinus exerit ac manifestat. Quicunque igitur illam certitudinem aut dari negant, aut eam per uarias doctrinas infringunt, simul hoc gaudium uel tollunt, uel infidum uacillansque reddunt. De Pontificiis res certa est, eos aperte eam impugnare, quorum subterfugia excusfit praeter CHEMNITIVM & GERHARDVM, qui eorum simul contradictiones & tergiuersationes ipsius Concilii Tridentini annotauerunt, operose & grauissime Beatus noster MEISNERVS in *Antthropolog. S. Decad. III. Disp. XXIX.*
¶ XXX.

¶ XXX. Sic Reformatorum doctrinam uel ideo nobis-
cum irreconciliabilem esse dudum probauit B. HVLSE-
MANNVS, cum pluribus aliis hic longo ordine non re-
citandis, quod certitudinem de iustificatione omnem tol-
lat, cum neminem nisi electum pro uero iustificato & fidei
agnoscat, *Caluinismo irreconciliabili p. 130.* Fanaticorum
certitudo de percepta iustificatione esse itidem nulla potest,
quamuis eam hinc inde clamitent, cum iustificationem i-
psam recte non describant, sed doctrinam sanctificationis
illuc inferant, atque plerophoriam iustificati cum ea, quae
est iustificandi, misere confundant.

§. IV. Haec nimirum nostra plerophoria est *gaudium de remissione peccatorum seu iustificatione impetrata*; datur
uero etiam quaedam de illa *impetranda*, quae ipsa fides est in
relatione sua & apprehensione meriti Christi spectata, ita ut
peccator, qui habuit antea metum seruilem, & spiritum ti-
moris, per concionem euangelicam obtineat certitudinem
applicatiuam, sibi etiam datum esse Christum in mediato-
rem, & in eius merito totus acquiescat & recumbat. Actus
hic fide simpliciter relatiuus in ipsa iustificatione conspicuus,
non tollit eum, qui se exerit, in iustificato & post eam fa-
ctam. *Fides reflexa, qua ego iam iustificatus credo, mibi esse
remissa peccata, actus utique posterior est, remissione facta:*
Ita D ANNHAVERVS *Hodosoph. p. 1346.*

§. V. Supernaturale praeterea gaudium dicimus, ut a gau-
dio alio longe discriminemus, quod a naturali aut morali cer-
titudine boni alicuius impetrati oritur; unde quoque omnem
rationis captum superat pax illa diuina, Philip. IV, 7. & eum
non saltem ita ὑπερέχοντα conuincens & constringens est, ut
omnes carnales obiectiones prosternat & conculcet, uerum
etiam mentem & intellectum φέρει, custodiat, & inter in-
sultus nouos rationis immunem & in diuina gratia acquie-
scen-

scentem reddat, quae duo attributa admodum notabilia sunt. Vnde ex rationis principiis uti illa plerophoria non cognoscitur, ita minime quoque diiudicanda, sed in verbo Dei solo placide acquiescendum. Quod si itaque ratio obiciat, u. g. quomodo id fieri possit, ut remissio a Deo facta, a ministro euangelico iteretur? frustra eum modum inquirit, ubi sufficere debebat certitudo rei ipsius in uerbo Dei satis fundata.

§. V. Et quidni supernaturale & uere mysticum sit, uoce ab omnibus quisquiliis hodiernorum mysticophilorum peruersorum, (qui nihil crepant, nisi quod mysticum uiderur, ipsi interea ψυχικὸν πνεῦμα μὴ ἔχοντες, Iud. u. 19.) quod a Spiritu S. ipso in homine iustificato excitatur & sustentatur, qui cum uarios fructus iustificationis in cordibus fidelium per inhabitacionem sibi aptatis, producit, ante omnia certitudinem remissionis factae obsignat, pacemque & gaudium inenarrabile creat, & animam hominis in eum statum collocat, ut mundum, diabolum, ac peccatum uicisse in Scriptura dicatur 1. Ioh. V, 4. dicantur fideles πάντοτε θαρροῦτες, confidentia quadam singulares hostes omnes & calamitates prouocantes, 2. Cor. V, 6. dicantur πολλὴν παρρησίαν χρήσασθαι: adhibere insignem fiduciam in accessu ad Deum 2. Cor. III, 12. & quae aliae sunt expressiones Biblicae, statum illum felicem delineantes: Audiamus aliquando LUTHER VM:
 Das muß warlich ein ander Herz/ Sinn und Muth seyn/
 als den die Welt hat/ welcher kan in Wind schlagen Leib und
 Leben/ Adel und Freundschaft/ und alles/ was die Welt
 hat/ und darauff sie trocket/ also daß solcher Muth muß ge-
 wißlich seyn allein des H. Geistes Werck/ und des Himm-
 lischen Vaters Gefallen/ wo ein solch Herz ist/ das da ge-
 wißlich und feste schleuszt/ und darauf bleibt/ den Herrn
 Christum will ich nicht verlassen/ es zürne darumb/ wer nicht
 lachen

lachen will / sondern umb seinet willen frölich leyden / was ich
fan. T. VII. Altenb. p. 97.

§.VII. Et cum Spiritus S. oeconomiam salutis non aliter
ordinarie, quam per ministerium uerbi exerceat & administret,
(extraordinaria uero fingere non licet, ubi talia non sunt)
huic etiam partes suae incumbunt, eaeque satis ampliae &
augustae, ac rationi humanae prorsus non comprehenden-
dae. Sunt uero in eo sitae, ut plerophoriam illam in ani-
mo audientis praedicationem uerbi producat, confirmet, re-
fusceret & augeat. Primum, quando promissiones euange-
licas non modo hominibus annunciat, uerum etiam bene-
ficia in illis comprehensa actu confert, adeo ut eos illumine-
net, regeneret, conuertat, a peccatis absoluat, & certitudi-
nem de remisso peccato, ac resultantem ex ea laetitiam spi-
ritualem, illis conciliet, animoque imprimat: Alterum,
quando in luctu constitutum regenitum, iustificatum ac re-
nouatum iterata concione beneficiorum Christi corroborat:
Tertium quando collapsum restituit, & instar chirurgi ani-
mam luxatam in ordinem redigit, & pristinae integritati
reddit; hoc nominat Apostolus emphatice admodum τὰ ὑ-
στερημάτα τῆς πίστεως καταπτίσα� I. Thess. III, 10. Quartum,
quando exaggeratione iterata gratiae Dei gaudium s. plero-
phoriam in iustificato ita extollit atque amplificat, ut sit
tandem περιστεύστα abundantissima, αὐξεντάλητ@ καὶ δεδο-
ξασμένη, ineffabilis & spendidissima tum in regno gratiae,
tum gloriae. I. Petr. I, 8. πεπληρωμένη Ioh. XVI, 24. instar na-
uis multis mercimonii & bonis ubique repletea.

§.IIX. Nec uero gratiōsis effectibus carere potest pleropho-
ria illa iustificatorum, in quibus & per quos se exerat & con-
spicuam reddat: quandoquidem non saltē alacrem facit
animum iustificati in agendo, uerum etiam in patiendo.
Credere enim, agere & pati cum animi promptitudine con-

B

iungit

jungit adinodum notanter Spiritus S. Phil. I, 29. tanquam in eodem subiecto iustificato concurrentia: Quod si enim aliquid agendum sit, fideles ex amore Christi urgente id agunt, animo parrhesia quadam sancta repleto omnia suscipiunt, z. Cor. V, 14. eaque alacritate etiam Deum inuocant. 1. Ioh. III, 21. 22. Si uero aliquid patiendum, abundant plane (*ὑπερπειρασθέντως*) gaudio & solatio in omnibus calamitatibus 2. Cor. VII, 4. ita ut ea alacritate afficere eos nemo calamitatibus queat, ut non maiori ipsas tolerare prompti sint, sola fiducia gratiae Dei & impietatae iustificationis nixi. Quae tamen opus non inordinata est, non tumultuaria, non coactiva, sed suauiter uoluntatem iustificati & iam uolentis ulterius inclinans. Matth. XI, 30.

POSIT. II.

Admittit itaque haec Plerophoria iustificatorum suam continuationem, certosque gradus, patitur sua incrementa & decrementa, amissibilis & iterata uice reparabilis est.

ENTHEOSIS.

S. I. Non loquimur de iustificatione ipsa, utpote quae, tametsi amissibilis & iterabilis sit, non tamen gradus, incrementa & decrementa patitur, nec enim in iustificatione datur ascensus graduum, neque intensio aut remissio, ita ut alter altero plus minusue sit iustificatus; idque nostrates contra Pontificios unanimi mente & calamo defendunt, astumque illum Dei sanctissimum instantaneum esse, ex uerbo eius credunt, eum a fructibus & consequentibus suis probe discernentes; Secus enim se haec, quam ipsa iustificatio, habent, ut enim uniuersa sanctificatio suas phaes admittit, ut ipsa fides crescit ac decrescit, ita non dubium est,

pler-

B

plerophoriam iustificatorum suos paroxysmos habere, quibus aut magis, aut minus obnoxia esse solet.

§. II. Dari uero tales uicissitudines, adeo aperte constat, ut non saltem hic Scriptura disertis uerbis interueniat, & nos de hac re edoceat, quorsum tendunt oracula eius clarissima, quae nunc ipsam fidem & iustificationem, sanctificationem & unionem mysticam interrupti posse & amitti pronunciant. Ezech. XVIII, 24. nunc etiam augeri, pleniorum reddi, confirmari i. Thess. III, 12. nunc labilem hominem etiam sanctissimum esse asserunt. Rom. VII, 23. Verum etiam status hominis post ipsam quoque conuersionem summatim consideratus, cum nihil aliud, quam perfectiōnem aliquam inchoatiuam importet, satis euidenter innuit, eum ad eiusmodi *άκρην* peruenire neutriquam posse, ut infereno aliquo sine ulla nube cespitanis fidei, constitutum se existimet, sed causas semper habere, de lapsu aut futuro sibi cauendi, aut de iam facto dolendi.

§. III. De *Continuacione* eius nullum facile dubium oritur, nisi forte male ferant aduersatii, si eam interruptam dicere cum Scriptura cogamus. Psalm. XIX, 13. De gradibus uero ipsius hoc habemus, *inaequalitatem* ut nunc *firmior*, nunc *infirmiter* sit, pro gradibus fidei *languidioris* aut *uiuacioris*, ut loquitur B. DANNHAVERVS, nihil impedire, quo minus maneat aliquis stans & iustificatus: *Tam autem*, scribit insighis Theologus, *fides non esse definit*, quae *infirma est*, quam *ignis sub cineribus latens ignis*, aut *homo in leonto-θυμίᾳ constitutus homo esse non definit*: *linum enim fumigans non extinguet Dominus*, sed quae *Hebraismi ratio est*, accendet & illuminabit: ubi antea demonstrauerat, hominem eiusmodi stantem a gratia Spiritus S. inhabituua conservari in statu iustificationis. *Hodof. p. 392.* Non itaque ad essentiam eius & constitutionem requiritur, ut sit semper

sibi aequalis & uniformis, alioqui Christus frustra diceretur Christus τελεωτης, consummator fidei: Hebr. XII, 2. nisi in ea euehenda, & ab uno ad alium gradum promouenda es-
set occupatus: euecta uero fide euehitur quoque pleropho-
ria exinde resultans.

§. IV. Certi etiam porro sumus, plerophoriam per virtutem Spiritus S. cor hominis iustificati occupantis tanta sumere *incrementa*, ut, postquam in sinu Dei uelut recumbit, de Satana & hostibus omnibus triumphet. Malumus & hanc rem uerbis L V T H E R I nostri exprimere: Wenn ich Christum habe / so kan ich trozen und pochen wieder den Teuffel und die Welt. Nimmt sie mir den Mammon / Gut / Ehre / Leib und Leben / so habe ich noch einen Christum / der ein HErr ist über Leben und Todt / Welt und al- les. Item, ob mich der Teuffel erschrecket / und ein schwer Gemüth und Gewissen machet / soll er doch nichts daran gewinnen: Denn hier ist mein HERR / an den ich glaube / und so ich auf den traue / so traue ich auf Gott / denn er selbst warhaftiger Gott ist. Darumb was mir für Schatz den zeitlich und leiblich wiederafahret / das rechne ich als eine Hülsen oder taube Nuß / dafür er mir ewigen Schatz und Leben giebt. Ita diuus Pater inter reliqua, quae de hoc ar-
gumento monet ad c. XIV. Iohannis comma I. T. VII. Al-
tenb. p. 54.

§. V. Quis uero facile & *decrementa* in dubium uocauerit, ubi tot *preces fidelium* pro confirmanda & corroboranda fide & dependente exinde parrhesia spirituali in sa-
cris occurrunt, ubi tot *admonitiones* de cauendo, adeoque possibili, lapsu, ubi tot *exempla* Sanctorum reuera lapsorum habentur? Quid? quod & *fides adesse*, *decrescere* uero ni-
hilominus possit eius *plerophobia*, quoad sublimiorem nimi-
rum gradum, in quo antea constituta erat? Adeo ut plane
tandem

tandem amissibilis sit, & actu nonnunquam amittatur per peccata tum imbecillitatis, tum proaeretica, utpote quae etiam in iustificatos & sanctificatos cadere posse, nemo, ex iudicio B. AFFELMANNI, nisi insigniter hypocrita sit, negare ausit. *Syntagma. P. I. p. 468.* Progredi hic homo potest, aut potius regredi per gradus suos, ita ut ab ἐποχῇ s. dubitatione ad obsequium & indulgentiam unius alteriusque concupiscentiae, & tandem ad prostrationem totalem uirtutis & roboris spiritualis, instar Simsonis alicuius, debilitati & eneruati, prolapsus fiat. Legendus hic CHEMNITIVS *P. III. LL. Loco de peccato mortali & ueniali C. III. p. 101.*

§. V I. Bonitati uero Dei immensa tribuendum est, quod plerophoria amissa recuperari nihilominus possit. Si enim fides amissa restituitur, regeneratio obliterate iteratur, conuersio & iustificatio nouiter instituitur, ipsaque unio mystica & sanctificatio reparatur, nihil dubii relinquitur, simul resarciri plerophoriam animi ad Deum redeuntis, eamque noua actuum textura a Spiritus S. uiuificanti uirtute produci. Et confectum iam est, iisdem mediis eam reparari, quibus comparatam fuisse constat. Nequerepugnat aut Dei benignitati ac misericordiae, aut Spiritus S. omnipotentiae ac promissioni, aut ministerii uirtuti, aut iustificationis & plerophorias nostrae indoli, aut ipsius analogiae fidei genio, illam restitutionem non una saltem aut altera vice repeti aut redonari, sed toties fieri, quotiescumque peccator de admisso peccato serio dolet, & in uulneribus Christi praesidium quaerit. Quis enim illud euangelium, a Spiritu S. nobis adeo clare manifestatum, hominibus inuidiat, aut fontem illum apertum obturet, aut amaricantibus aquis corrumpat, tametsi certum sit, eum nonnunquam ab hominibus in abusum trahi, & male ab illis sibi applicari.

-oīlīm

B 3

§. VII.

§. VII. Nihil hic ueritati obesse potest obiectio, si mitissime dixero, friuola, ne dixerim blasphemam, hac doctrina Christianismum conicv m quendam stabiliti, ubi ea facilitate coni erigantur, qua prostrati fuerint. Si quid enim uel maxime malae persuasionis hominibus ecclesiae nostrae insit, ac si tanta facilitate ad Deum redire possemus, ut ne quidem seria poenitentia opus sit, quo quaeſo tamen animi pudore illud falsum porisma, quod sibi homines isti eliciunt, tribuitur doctrinae ipsi innocentis & seriam poenitentiam inculcanti? cum constet, ab illis quoque, qui ob poenitentiam ante remissionem durissimam efflagitant, non praecaueri satis posse, quominus aut in securitatem aut desperationem nonnulli prolabantur, aut in hypocrisin satis turpem incident. Non sane decebat doctrinam ecclesiae nostrae in uerbo Dei fundatam tam indigne haberi.

POSIT. III.

Opposita eius sunt ex altera parte meticulositas & fluctuatio: ex altera hypocritarum audacia, s. persuasio uana, & inde oriundum falso gaudium.

Enthesis.

§. I. Periculosi sane scopuli sunt, ad quos multas animas fecisse naufragium dubium est nullum. Datur enim meticulositas talis seruulis apud homines negative & priuatim irregenitos, qui ut in statu iustificationis non sunt, ita fructum eius percipere nequeunt, sed hinc inde cespitant & oberrant, Deumque iudicem sibi praefigurant, non uero simul Christum mediatorem. Dantur imbecilles in fide, qui ob illam imbecillitatem gratia Dei & iustificatione non excidunt, excidunt tamen quodammodo certitudine de remissio-

.IV. Q

missione peccatorum impetrata, & oriunda exinde plerophoria; atque adeo actu fidei relatiuo simplici rite se habente, defectus quidam est in actu eius reflexo, qui tamen cum aliqua dubitatione quoniam est coniunctus, hominem etiam regenitum & iustificatum adigit, ut ideo remissionem a Deo exoret; Lucta est illa, in qua equidem uincit, uerum non sine precibus assiduis ad Deum fusis, in quibus primum momentum constituit etiam apud Sanctissimum, Imploratio gratiae ac remissionis diuinæ. Ps. XXXII, 6.

§. II. Vti uero plerophoria ex certitudine diuina de remissione peccatorum resultat, ita ex certitudine humana & cerebrina persuasione de ea, nonnisi *hypocritica & fastuosa praesumptio* oriri potest, qua homo sui admodum confidens, se esse in statu iustificationis uel stantium, atque nec orationis dominicae quinta petitione, nec coena Domini, ut in illa remissionem peccatorum impetret, utpote quae non habeat, nec absolutione ministri, indigere existimat. Crassus satis nonnunquam est pharisaeismus, interdum uero subtiliori tela tectus, non tamen ita palliatus, ut non cognoscatur. Der böse Geist kan auch die Leute aufblasen / feet und muthig machen / wie man siehet an seinen Tyrannen und Rotten / welche sind allzu freudig und trozig. Es ist aber nicht der Muth und Troß/ der da für Gott recht und gut ist. Christus aber verheißt zu geben einen Geist / der uns also muthig mache / daß es heiße / ein Götlicher heiliger Muth und Troß / darumb soll er heißen ein rechtschaffener / warhaftiger Trost und Muth / der nicht falsch sey / noch vergeblich / und auf ein ungewißes troße / sondern im Gründ rechtschaffen / und auf solch Ding sich verlaſſe / das da nicht fehlet / noch treuget. Ita LVtherVS Loco supra citato, & uel solo sufficiente ad rerundendas falsas ideas de sanctimoniae scala iam consensa. p. 97.

POSI-

POSITIO IV.

Vt ergo utrique malo praecaueatur, & remedium paretur, illa plerophoria sustentanda & subinde reparanda est per certa & diuinitus ordinata media, remissionem peccatorum tum conferentia, tum simul obsignantia; inter quae sigillatim referenda absolutio ministri, & Sacramenti Coenae usurpatio.

Enthesis.

§. I. Singula media ordine recensemus. Cum nulum fidei generandae & alendae detur praeter uerbum Dei, *Prima* erit medela sanandae, conseruandae & nouiter conferendae plerophoriae, *sedula* eius *auscultatio, lectio ac meditatio*: Et cum hoc extra dubium apud omnes positum esse existimemus, *alteram quotidianam poenitentiam* statuimus, seu applicationem salutarem legis & euangelii, quam inculcat Scriptura non lapsis saltet, uerum ipsis etiam stantibus, redintegratur enim sic foedus cum Deo, uel ab ignaris nobis uiolatum, ut noua plerophoria aut excitetur, aut si nondum plane abiit, confirmetur. *Tertiam* existimamus esse *precum feruens studium*, eo cum primis directum, ut Deus nobis principalem spiritum conseruet, qui assidua operatione corda purificare, illuminare ulterius ac sanctificare perget. *Quartam* constituimus testificationem poenitentiae nostrae coram ministro ecclesiae per *confessionem priuatam*, quae tamen simpliciter & absque clausula, priuata dici nequit, cum coram coetu ecclesiastico, tametsi particulari, fieri soleat, neque adeo apud nos in angulo peragatur.

§. II.

1209

§. II. Illa uero confessio cum efflagit id, quod in plerophoria concilianda & reparanda caput constituit, nempe remissionem peccatorum tum per absolutionem ministri, tum per ipsam coenam impetrandam; facile intelligitur, quorsum correlatum illius tendat, nempe ad *absolutionem a peccatis a ministro post confessionem siue a stante sive a lapso poenitente factam.* Siquidem *quintam* illa medelam constituit, eamque perinde efficacem, dum istud bonum reuera confert, quod confitens (poenitentem enim presupponimus) quaerit & anxie efflagitat, alioqui nullius ponderis esset & confessio & absolutio: Illa dum inanem rem & ens rationis peteret: haec dum nihil petenti nihil conferret, & petentem quoque destitueret. Frustra hic asseritur, stantes & reuera iustificatos non opus habere, ut efflagitent a ministro absolutionem. Aut enim plane *non sancti* sunt, aut oportebit eos interesse illorum *Sanctorum coetui, qui de remissione peccatorum Deum crebro interpellant,* Pl. XXXII, 6. quem locum antea adduximus: Quid enim est uera sanctitas, quam quotidiana & assidue continuata poenitentia? qua posita etiam ponitur remissio Dei: Si hoc, quid uetat, eam quoque a ministro, aut saepius, aut statim uicibus rogare? cum nisi hoc uerbo Dei conforme sit, ministerii absolutionem nullam plane esse oportebit, quod asserere *ατοπον*, & consentientibus ipsis aduersariis Fanaticum.

§. III. Sextum remedium suppeditabit *Coenae subinde instituta usurpatio*, quae cum a Christo ordinata sit *in remissionem peccatorum*, sane oportebit per eam remissionem peccatorum conferri & donari cum fide accendentibus. Quid si uero accedens fuerit iustificatus? Nihil interest: Si enim fidelis est, etiam iustificatus est, quis enim fidem a iustificatione separet? Aut itaque falsa sunt Saluatoris uerba, *remissionem peccatorum in coena conferri*, aut certum est, iu-

C

stifica-

stificatum ibi nihilominus accipere nouam remissionem peccatorum : Prius omnimode absurdum est statuere , quis enim falsitatis ueritatem ipsam arguat ? manebit ergo alterum firmum ratumque , quod non nudius tertius a nobis , ut nouatoribus uidetur , sed ab omnibus sinceris ecclesiae nostrae doctoribus in uniuersum fuit creditum , nimirum in coena omnibus digne accedentibus , (quinam sunt illi? annon fideles? hi uero annon iustificati?) remissionem peccatorum conferri & donari . Habet res hic eandem quodammodo rationem cum baptismo in adultis , ubi enim hi ex uerbo Dei cognito & fide apprehenso regenerati ac iustificati fuerunt , & ad baptismum deferuntur , remissionem peccatorum nihilominus reuera impetrant , tametsi eam iam antea quoque impetrauerint : posita enim uera fide ipsa etiam ponitur . Quaeras : qua ratione id fiat , ut iam datum de nouo detur ? Nolim disquirere de modo , dummodo certus sis , rem ipsam ita se habere : Si dubius adhuc fueris , uelim potius expendas , quomodo illa Christi concilies : *Habenti dabitur & abundanter habebit : Non habenti eripietur , quod non habet.* Matth. XXV, 29. Vides enim ad oculum abundantius dari posse , quod alioqui simpliciter habebas . Plura hic non addimus : Sufficit haec re ita ferente tetigisse , ut constet , nos in disputatione nostra de absolutione Euangelica non iniuriarum fecisse cuiquam , ubi diximus , atrox bellum illatum esse doctrinae uerae de Sacramentis ab Autore Antibarbari . Tametsi enim non ueretur , pro incondito scribendi genere , quo uiros bonos aggreditur , hanc atrocem calumniam dicere : iudicium tamen omnibus bonis relinquimus , an non atrociter impugnetur doctrina de Sacramento Coenae ab eo , qui asserit , in eo Sacramento iustificatis non conferri , sed saltem obsignari remissionem peccatorum , cum uel pueros nostros edoceri uelit Catechesis LUTHERI , daß uns

uns im Sacrament Vergebung der Sünden / Leben und Seeligkeit durch solche Wort (zur Vergebung der Sünden) gegeben wird / quinam uero sunt illi, qui hoc sibi per fidem applicant & credunt, suntne fideles an infideles? suntne iustificati an non? Habebantne remissionem peccatorum, annon habebant? Et si habebant, aut ineptus est LVTHERVS cum omnibus Confessoribus, aut datur modus, quo habentibus iustificationem & remissionem peccatorum, ea nihilominus dari & conferri possit.

POSIT. V.

Non igitur Papismus erigitur, ubi ex uerbo Dei cum omnibus sinceris doctoribus ecclesiae nostrae docetur, ministerium uerbi euangelicum in absolutione priuata etiam iustificatis & stantibus peccata remittere, idque in sensu collatio, non nude declaratio & annunciatio.

Enthesis.

§. I. Neopapismum obiectat nobis Autor Antibarbari contra omnem scientiam & conscientiam; nouam Romanam & Babylonem sibi inter nos comminiscitur, cathedram papalem fastumque sibi in nostra cathedra fингит, eo quod no uariantes & contra uerbum Dei excogitatas sententias, (non tamen per Numinis gratiam soli,) auersati fuerint, & etiamnum auersentur in ea docentes: an recte faciat, an se cens, disquiret aliquando Iudex uiuorum & mortuorum in die Pantocritico. In hoc sane arguento iniquius cum doctoribus ecclesiae nostrae eum agere apparebit, si conferatur, quam doctrina illa de absolutione ministri euangelici collativa respectu omnium poenitentium ad ipsum accendentium,

C 2

semper

semper in ecclesia nostra uigerit, contraria uero dissentientis sententia dudum a nostratis in Reformatis, Socinianis & Fanaticis fuerit reiecta & refutata; ut quocunque eam uelo tegat pallietque, nihil ab illis differat, siquidem altera manu, quod altera uidetur concedere p. 768. *Comment. dicti*, nimurum *efficacem* ministri *absolutionem* esse, nihilominus eripit atque subtrahit, quando eam *efficaciam* saltem facit *declaratiuam* & *confirmatiuam*, imo & hanc determinat ad solos homines in graui poenitentiae & tentationum lucta constitutos, negat uero esse collationem remissionis aut *in totum*, aut saltem apud eos, qui *stantes* dicuntur, atque se in iustificatione & gratia apud Deum persistere credunt. Quod quam Papismo potius proximum sit, in sequenti Positione dilucidabitur.

§. II. Nos sane ab illa obiectione Neopapismi omnes boni, quibus honor Numinis, integritas doctrinae, ueritas & candor cordi est, sine ullo dubio liberabunt. Nihil enim nobis *I. cum incertitudine Pontificia & fluctuatione ac dubitatione*, quandoquidem nos plerophoriam bene stare posse cum remissione ministri uerbi credimus, & redundaret Neopapismi crimen potius in illos, qui confessionem & *absolutionem* saltem ad fluctuantes & luctantes restringunt, atque reuera, quod in dissertatione tunc demonstratum, carnificinam ibi erectam cupiunt: Nos enim accedentes cupimus plerophoria esse instructos, ac de remissione certos, quod & Pontificii & Autor Antibarbari infiantur.

§. III. Nihil praeterea nobis cum *fella confessionali Papali*, quae nobis obiicitur p. 775. nam cum iustificati & conuersi non coactore opus habeant, ut *absolutionem* a ministro euangelico petant, sed eo cupidius hoc faciant, quo magis reuera sunt conuersi, & non saltem opinione sanctitatis turgidi: (non enim illa *absolutio* praeponit semper plero-

plerophoriam *amissam*, sed sufficit, ut remissione nouiter collata eam *locupletet & augeat*;) neutiquam cogi solent ad confitenda ipsi peccata, sed indoles atque natura status, in quo uiuunt, sane requirit, ut frequenter aut saltem statis uicibus illam exorent, perinde enim ut non inuicem pugnant, *sAEPIVS orare, & matutinis ac uespertinis aut prandii horis orare*, ita non se mutuo euertunt cum Deo *sae- pius reconciliari, & certis uicibus absolutionem a ministro eccliae petere*; Alioqui HIERONYMVS WELLERVS, LV- THERVS aliique uerae sanctimoniae & infucatae viri grauius errauissent, quod adeo citatis passibus ad absolutionem & coenam contenderint. Frustra enim quis exceperit, eos nulla plerophoria, aut minori interdum fuisse praeditos, ubi de utroque & aliis constat, tanta animi fortitudine eos praeditos fuisse, & nihilominus ad ministrum ecclesiae accessisse, ut huius rei specimina pudefacere possint hodier nos sanctos nostros, qui tanta plerophoria turgere sibi uidentur, ut absolutione ministri non indigeant, *saturi nimirum & omnibus abundantes*, Apoc. III, 17. reuera pauperes & nudi eo magis, quo minus existimant, se remissione ministeriali non opus habere: atque sic reuera Neopapismum corde circumferunt.

§. IV. Nihil nobis porro cum *Papali tortura*, ubi ad certa tempora per decreta ecclesiae Romanae fundamentalia homines in confitendo adiunguntur; constat enim ex ante dictis, iustificatum etiam non cespitantem aut plerophoriae defectu laborantein, ordinaria media non respuere, ut & hanc conseruet, & remissionem peccatorum uelut fundementum illius subinde iteratam cupiat, ita ut non opus habeat legibus, cum ipse quid facto opus sit, uideat, & determinet. Ita tamen, ut in consuetudine ecclesiae trimestri aut quadrimestri spatio adeundi ministrum nihil uitiosi

C 3

depre-

deprehendat, sed ea potius occasione laetus utatur; Ex hoc Ifonte promanauit, ut LV THERVS noster non fermento Pontificio amplius tinctus, sed rebus bene perspectis, atque ponderatis, non una saltem uice, sigillatim tamen populi erudiendi causa in Catechesi Germanica scriberet: *Zuletzt / weil nun die Tyrannie des Pabsts ab ist / so wollen sie nicht mehr zum Sacrament gehen / und verachtens.* (Quinam, quaeſo, erant illi? dicemus haud' cunctanter: ab una parte homines epicuraei, ab altera sanctuli tumidi, per posticam portam congredientes.) Hier ist aber Noth zu treiben / doch mit diesem Bescheid: *Wir sollen niemand zum Glauben / oder zum Sacrament zwingen / noch kein Gesetz / noch Zeit / noch Stete stimmen.* Aber also predigen/ daß sie sich selbst / ohne unser Gesetz dringen / und gleichsam uns Pfarrherrn zwingen / das Sacrament zu reichen / welches thut man also / daß man sagt: *Wer das Sacrament nicht sucht oder begehrt / zum wenigsten einmahl oder vier des Jahres / da ist zu besorgen / daß er das Sacrament verachte / und kein Christ sey / gleichwie der kein Christ ist / der das Evangelium nicht glaubet oder höret / dann Christus spricht nicht: Solches lässt oder solches verachtet: sondern solches thut / so offt ihres trincket / er will es warlich gethan und nicht allerding gelassen und verachtet haben / in praefat. ad Catech. minorem.*
Quae uerba etſi uideantur de Coena simpliciter agere, apparet tamen ex scopo Lutheri & aliis locis, ipsum uelle participationem Coenae non sine confessione praeuia & absolutione intellectam; Qua uero fronde Autor Antibarbari in eo scripto, ut & in Commentario in Iohannem trimestrem confessionem adeo ludificat & exagitat? Quomodo uerba cum ueritate rei congruunt, quae leguntur p. 775. *Eſſe uere iuſtificatum & de hoc ipſo certum, & tamen absolutionem, & quidem in ſenſu collatiuo, adhuc anxie deſiderare, ſeu poſtulare,*

lare, ut a iustificatis per singula trimestria anxie desideretur; quid hoc est aliud, quam in sella exomologetica Neopapismum moliri, & plusquam scepticam, saltem pontificiam fluctuationem reducere, plane labefactata, imo euersa natura fidei, nec non doctrinae de pace ac gaudio spirituali, uti & de interno Spiritus S. testimonio ac ob-signatione. Quomodo noua haec Wittenbergensis Theologi orthodoxya cohaeret cum doctrina Lutheri Euangelica? Vix Bellarminus aut ipsum Concilium Tridentinum manifestius doctrinam euangelicam de plerophoria iustificatorum impugnauit, quam facit noua haec hypothesis, de remissionis collatione per singula trimestria anxie expetenda &c. Ita peroratur a Viro in conscientia longe aliter conuictio.

¶. V. Testor uero tuam fidem, Lector candide, an illa uetus, an noua sit orthodoxya, quando profitemur, ministri euangelici absolutionem esse collatiuam etiam ratione iustificatorum, & ab his etiam esse eam expetendam ac desiderandam, & nonnunquam etiam anxie desiderari? Refutet rursus accusatorem & nostrum & omnium recte sentientium LUTHERVS, qui in Catechesi minori, (Placet enim in illis libris subsistere Symbolicis & classicis) ita informat confessurum, ut dicat, aut eum esse grauatum peccatis, quorum recordetur, aut non, si prius, esse illa recitanda coram ministro, sin minus, nihilominus remissionem accipiat: Weistu aber gar keine? (welches doch nicht wohl soll möglich seyn) so sage auch keine insonderheit / sondern nimm die Vergebung auf die gemeine Beichte / so du für GOTT thust gegen den Beichtiger. Darauf soll der Beichtiger sagen: Gott sey dir gnädig / und stärke deinen Glauben / Amen. Glaubestu auch / daß meine Vergebung Gottes Vergebung sey? Antwort: Ja/ lieber Herr. Darauf spreche er: Wie du glaubest / so geschehe dir. Und ich aus dem Bezugssatz fehl

fehl unsers HErrn JEsu Christi vergebe dir deine Sünden
im Nahmen des Vaters und des Sohnes/ und des Heiligen Geistes/ Amen. Gehe hin in Frieden. Aut hic ludos egit LVTHERVS, aut noster. Ille enim idem scribit, quod nos: posse iustificatum & certum de sua iustificatione nihilominus remissionem flagitare, accipere & eam pro diuina habere & agnoscere; non uero iustificatum ita sanctum esse posse, ut non opus habeat ministri euangelici remissione; nam nisi apud poenitentes, qui ipsi sunt iustificati, (siquidem inter poenitentiam & iustificationem ne ipse quidem dissentiens concedit temporis moram,) eius remissio sit actualis & collatiua, plane apud neminem fuerit. Cum LUTHERO, cuius alia loca magno numero recitari possent, faciunt Libri reliqui Symbolici nostri, ex quibus Loca quedam sole meridiano clariora dedimus expendenda *dissert. de Absolutione euangelica*, p. 36. quae cum nondum refutata sint, nec nisi a Patre mendacii impugnari possint, ueritas manent coelestis. Nam Augustana Confessio, Apologia, Articuli Smalcaldici, & Formula Concordiae uno ore & mente Confessorum, remissionis collatiuam faciunt absolutionem, *in ipsis iustificatis*; qui enim sunt iustificati, nisi fideles? de quibus cum primis F. C. loquitur: *Ideo priuatam absolutionem retinemus, docentes Dei mandatum esse, ut absolutioni fidem habeamus, Deo reconciliatos nos esse, ac si uocem coelitus delapsam ea de re audiuissemus: Quam sententiam etiam Apologia confirmat.* Ita pii Confessores p. 808.

§. VI. Nihil nobis est commercii cum abusibus confessionis priuatae apud Pontificios, quos iam antea a nobis amoliti sumus, aut cum abusibus, si qui forte in ecclesia quoque nostra irrepserint; Neque tamen hos adhuc demonstrauit Autor Antibarbari, quamuis generatim de absolutione priuata, uti de tota re Exomologetica queratur, *eam*

magno

magnō abusū uulgo obnoxiam esse, eamque nec agnoscī, nedū n̄ emendari solere: Neque etiam ad abusus refert, quae referri merebantur: Nam eo reducit ὅγανολατρίαν, cuius ecclesiam nostram insimulat, quod nimium tribuatur ministro absoluenti, cum tamen, dum absolutionem collatiuam ipsi adscribimus, non plus ei tribuamus, quam attribuit Christus, ministerium & potestatem claujum instituens, quid enim haec esset, nisi absolutio eorum esset etiam ratione stantium collatiua? (omnes uero poenitentes ibi tanquam stantes considerandi, utpote qui accedunt fide praeparati, qua coram Deo pro iam iustificatis habentur,) non plus, quam tribuit ei Spiritus S. ministros donis instruens; non plus, quam adscribunt Libri Symbolici & omnes genuini ecclesiae doctores. Excipit Autor Antibarbari: *Hoc modo efferi solere profanam tot uerbi ministrorum mentem. Vnde usu an abusu uenire multis in locis, ut quoties ad ipsam absolutionis formulam deueniant, banc non submissa, uti reliquum sermonem, sed sublata uoce pronuncient, quo circumstantem confessorum turbam in eo maiorem sui admirationem rapiant.* Comment. p. 771. Nihil hinc metuendum periculi: Incertus enim ipse est, an usu, an abusu talia fiant: neque etiam in omnibus, sed multis in locis haec usu uenire testatur, fortasse quoque saltem uix in uno aut altero, ubi adhuc dubium, an usu, an abusu. Posito vero, quod ex usu fiat, sane usus est & utilitas, ut attendant homines subinde ad illud momentum, quod ibi praecipue agitur, quae enim ad praeparationem pertinent, non inepte distinguuntur etiam sermone ab illis, quae sunt *essentialia*, perinde ut in ueteri ecclesia solebat altiori & distinctiori uoce cani Confessionis Nicenae particula s. comma: ET PASSVS EST PRO NOBIS, qui mos hodienum in nonnullis locis obtinet, populus ad illa uerba eo magis attendat. Nihil hic, quod

D

taxari

taxari queat. Ponamus vero fieri *abusū*, ut unus forte Pastor ad muneric sui praerogatiuam ostentandam has uoces altius pronunciet, dignumne hoc est, ut afferamus, totam rem exomologeticam abusibus scatere, esse cathedram peccantium, & sanctum negotium tot conuitiis & calumniis oneremus, & sic conscientias imbecillum turbemus, alios uero homines tantum non reddamus Epicuraeos & omnis cultus diuini contemtores? prout in Antibarbaro factum est, ubi ea de confessione priuata ecclesiae nostrae leguntur, quae pius oculus non sine horrore perlustrat.

§. VII. Pergit, & dicit *uulgarem uerbi ministrorum hypothesin esse*, firmamque sed summe erroneam persuasionem, *quod omnes ac singuli sui confessores* (qui ex uerae unctionis & probandi peritiae defectu pro uere poenitentibus uulgo haberi soleant) *ab ipsis sine discrimine reuera accipient remissionem peccatorum*, & bac eadem opinione pessimos quoque confessores, per hodegos sic corruptos, in omni impietatis & hypocriseos genere obfirmari, & in errorem agi, ut sellam exomologeticam pro genuino & tantum non unico iustificationis foro agnoscant. p. 771. *Comment.* Pudet pene haec & plura referre; Quae enim non elucet audacia, id quod uel unus aut alter sibi persuadet, uenditare pro uulgari errore? Falsa uero criminatio est, quasi doceatur, confessores etiam impenitentes accipere remissionem peccatorum, id quod itidem fit p. 782. *Comm.* Nam omnis collatio refertur ad ληψιν per fidem, uelut correlatum suum, quae cum non adsit in irregenitis renitentibus uerbo praedicato, non locum habere potest remissio, sed eius oblatio: cum uitium non sit in conferente, sed recusante. Seruum alienum iudicare gravis res est, & cum iudicio diuino coniuncta, nisi rebus otemp. sic Edm. 3200000 adiuu. illi in mnibus iuxta

D

mnibus bene expensis instituatur : Ponamus uero, *multos admodum in ea sententia uersari*, anne ideo decedere quicquam possit rei exomologeticae in se spectatae, ut propter ea tanto furore eam inuadamus, &, ut uno uerbo dicam, per purificatum suggestum confessorium in Ens rationis & purum NIHIL transformemus ? Nam nisi ibi iustificatis fiat remissio , quibus demum fiet ? Et nisi remissio fiat , supersedere illo labore plane possunt & confitentes & absoluuentes : Operam enim & oleum consumunt , lateremque utriusque lauant. Si res redigatur ad consolationem tentatorum , poterit in aedibus priuatis , aut publica concione & fusius & prolixius fieri. Pertinet sane inter *criteria perpetram docentium*, ut sint μεμψίμοιροι γογύσα, Iud. u. 16. quod quomodo nostris temporibus accommodatum , haud difficulter uel hoc exemplo appetat.

§. VIII. Cesset itaque tandem calumnia friuola de Papatu in cathedram VVittebergensium coniecta. Nihil illa *sibi arrogat*, dum in solis ueritatis defendenda terminis aduersus aggressorum conatus se continet ; Nihil *praeiudicat ecclesiae*, in cuius oculis quaecunque scripta sunt, uerfantur, & cuius iudicio exposita, quae inter eam & hostes in sinu ecclesiae natos gesta fuerunt. Nihil *nouitatis* per numinis gratiam affectat, cuius est & manet inimica, contenta antiquo uerbo Dei, antiqua fide librorum Symbolorum & Antecessorum in uniuersa ecclesia, ac consensu doctorum adhuc recte sentientium. Nisi hoc uelit admittere Autor Antibarbari a mentis suae testimonio dudum aliter conuictus, duo adhuc specimina brevitatis studio addam. Statuit ille, *plerophoriam & sanctimoniam nonnullorum tantam esse*, ut non relabantur, aut intra trimestre saltem spatium non relabantur : Hoc esset dogma, ita scribit, *nimirum de iustificatorum adiuvantia, qua nec possint, nec soleant,*

D 2

ulli

ulli ultra trimestre spatium in gratiae statu perseuerare, & quod singuli regeniti ad minimum ter & quater quotannis e filiis gratiae per proaeretica peccata fiant filii irae ac diaboli, & bac uicissudine per omnem aetatem pergant, uide, Lector aequa, διαβολὴν doctore euangelico indignam, quis enim posterius unquam docuit?) hoc, inquam, esset dogma, quo uniuersus papatus uix ullum habet magis absurdum & detestandum, p. 776. Comment. Verum non nos saltem, sed iam LVTHERVVS & alii ante nos talem Sanctum uidere praeoptauimus, nec ipsis aut nobis istud felicitatis contigit: secus Beatus ille uir, qui Papatum, quem probe nouerat, in illa quoque sententia reponit: Wo nun etliche waren / die nicht solcher Sünden mit Gedancken / Worten und Werken sich schuldig dauchten / wie ich und meines gleichen in Klöstern und Stifften Münch und Pfaffen seyn wolten / die wir mit Fasten / wachen / beten / Messe halten / harten Kleidern und Lager uns casteyeten wieder böse Gedancken / und mit Ernst und Gewalt wolten heilig seyn / und doch das Erblich angebohrne Ubel etwa im Schlaff thät / was seine Art ist / so hielt doch ein ieglicher vom andern / daß etliche so heilig wären / wie wir lehreten / die ohne Sünde voll guter Werke wären / also daß wir darauf unser gute Werke andern / als uns überflüssig / zum Himmel mittheiletten und verkaufften. Das ist ja wahr / und sind Siegel / Brieffe und Exempel fürhanden. Diese durſſten der Buße nicht. Denn was wolten sie bereuen / weil sie in böse Gedancken nicht bewilligten? Was wolten sie beichten / weil sie Worte vermieden? Wofür wolten sie gnug thun / weil sie der That unschuldig waren? Also daß sie auch andern armen Sündern ihre übrige Gerechtigkeit verkauffen konten. Solche Heiligen waren auch die Pharisäer und Schriftgelehrten zur Zeit Christi. Hier kommt der feurige Engel S. Johannes / der rechte

rechte Buß-Prediger / und schlägt mit einem Donner alle beyde in einen Haussen / und spricht: Thut Buße! So dencken jene / haben wir gebüßet / diese dencken / wir dürfen keiner Buße: Spricht Johannes: Thut alle beyde Buße: Denn ihr seyd falsche Büßer / so sind diese falsche Heiligen / und dürßet alle beyde Vergebung der Sünden / weil ihr alle beyde noch nicht wißet / was die rechte Sünde sey / schweige daß ihr sie büßen oder meiden soltet. Es ist euer keiner gut / sind voller Unglaubens / Unverständs und Unwissenheit Gottes und seines Willens; Non poenitebit locum prolixius recitasse, ut appareat, an a nostra, an a Turbatorum sententia stet LVTHERVS. Art. Smalcald. LL. Symbol. German. p. 145. & talia leguntur quoque in Catechismo ipsius majori ead. edit. German. p. 228.

§. IX. Alterum sit, quando *iudicium instituendum esse existimat* Autor Antibarbari, ex *euentu de indeole antecedentis poenitentiae*, ita ut eam non genuinam esse existimet, si accidat, ut iustificatus & absolutus lapsus nouum committat, uerba leguntur Comm. p. 779. ubi negat, aut saltem non ordinarie talem lapsus committi posse, asseritque, *multos esse sanctos*, qui post acceptam regenerationis & iustificationis gratiam per reliquum tempus a peccatis PROAERETICIS (additur subdole haec uox, cum ad absolutionem non saltem pertineant peccata proaeretica, sed ipsum etiam peccatum originale cum omnibus prauis motibus, cupiditatibus & peccatis imbecillitatis & ignorantiae, quae non minus deprecanda sunt, quod contra hunc crassum satis Pharisaismum & Papismum notandum, quo ad sanctitatem absolutionis non indigam sufficiat abstinentia a peccatis proaereticis,) abstinuerint. Verum nos huic Thrasonico fastui & sanctitatis opinioni unum LVTHERI locum, uel potius classican Librorum Symbolicorum confessionem, opponimus instar

D 3

collyrii

DIO

collyrii ad oculos aperiendos : Wiederumb / ob etliche Roten geister kommen würden / wie vielleicht etliche bereit da für handen sind / und zur Zeit der Auseuhr mir selbst für Augen kamen / die da halten / daß alle die / so einmahl den Geist oder der Vergebung der Sünden empfangen hätten / oder gläubig worden wären / wenn dieselbigen hernach sündigten / so blieben sie gleichwohl im Glauben / und schadet ihnen solche Sünde nicht / und schreien also / thue was du wilt / Glaube du / so ists alles nichts / der Glaube vertilget alle Sünde / Sagen dazu / wo iemand nach dem Glauben und Geist sündigte / so habe er den Geist und Glauben nie recht gehabt. Solche unsinnige Menschen habe ich viel für mir gehabt / und sorge / daß noch in etlichen solcher Teufel stecke. *Artic.*

Smalcald. p. 146. Et nouum sic non esse Euangelium nostrum , quando iustificatum & sanctificatum noua absolutione ministri indigere , docemus , ita ut nihilominus antecedens poenitentia & remissio peccatorum omnibns numeris iusta fuerit , apparel ex nube aliorum quoque testium , ex nostra ecclesia facile adducendorum . Commendanda hic nominatim B. ITTIGII disputatio de iterata absolutione peccatricis , cuius rationes prius erant aut approbandae , aut refutandae , antequam bellator nouus surgeret , & ecclesiam opinione in ministerii suggillationem excogitata turbaret : Vellemus itaque ante omnia , ut aliquid , quod robur habeat , adferatur aduersus illam , aut veritati honos detur , uidemus enim nihil facile dici imposterum posse , quod ille non in antecessum eneruauerit.

POSITIO VI.

Potius itaque Syncretismus , Fanaticismus , & Neopapismus ex ea parte se per indicia sufficientissima prodit , quae doctrinam de absolutione

one ministri collatiua cum plerophoria iustificatorum non concilianda, fouet.

Enθεσις.

§. I. Syncretismum & collusionem huius doctrinae cum Socinianis aperte patere ostendimus in *disp. de Absolutione Euangelica*, & utinam quaestione problematicae res esset, ut Autor Antibarbari p. 781. *Comment.* credit: ubi uero nobis ab ipso Papismus obiicitur durissima cum obtrectatione, non sane oportebit tam paruam rem geri, quam quidem uideri uolebat. Collusionem cum Nouatianis committi, AMBROSIVS testis est, qui *L. I. c. II. de Poenit. Opp. T. IV. p. 287.* scribit, perinde absolutionem ministri collatiuam eos negauisse, praetexentes, se domino deferre reuerentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem reseruent: quos grauiter confutat Ambrosius, ostenditque, nulli maiorem eos iniuriam facere, quam ei, cuius mandata rescindere uelint; Nam cum ipse, pergit, in *Euangelio suo dixerit Dominus Iesus: Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: quis est qui magis honorat, utrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit?* Recte istud AMBROSIVS, quoniam totum negotium non ex nostro cerebro, sed institutione Christi est diiudicandum, cui qui inhaerent ex aFFE, obsequii gloriam habent. De *Syncretismo cum Reformatis* antea similiter dictum.

§. II. Fanaticismum uero perinde elucere, ex sententia Auctoris Antibarbari confessum non minus est; uellemus & optaremus, ut tantam confinitatem non inueniremus, & spem haberemus aliquam, fore forsan, ut uel hac de causa ueritati locus relinquatur. Quid interea poterat clarius esse ad probandum iustum dolorem, quam quando negari

negari uidemus a dissentiente & tanquam nouam doctrinam accusari, ubi asseruimus cum HVLSEMANNO, MEISNERO, CALOVIO, LYSERO & omnibus Orthodoxis, ministrum gaudere influxu causae physicae, realis & effectuac in remissionem peccatorum, p. 773. Comm. Quem uel unus IOH. VVEISSIVS in *Metaph.* in ordinem redigere poterat, qui p. 171. ante hos 40. annos probauit, ut *Deum conuersionis, mortem & passionem Christi redemtionis, uerbum & sacramenta fidei & salutis:* ita & ministrum uerbi *absolutionis, conuersionis, illuminationis, & ipsius Saluationis esse causam Physicam.* Non enim omnia noua sunt, quae alteri minus sunt nota.

¶. III. Quod tandem Neopapismum spectat, in quorum ille partibus deprehendatur, obscurum non esse poterat, si quis recte reputet secum, si uel maxime longius amoueri uideatur per contemptum confessionis priuatae, ab Autore Antibarbari, eum nihilominus alio ex capite eo magis stabiliri & erigi per praesumtionem inanem sanctitatis remissionis ministerialis non indgentis, per introductionem confessionis alicuius reuera Pontificiae, quando homines plebeii ad enumeranda peccata nonnulla, eaque interposita stipulatione eiuranda adiguntur; hominum in odium Vittebergae nihil tale merentis, concitationem, per contemptum aliorum doctorum & arrogatam sibi infallibilitatem, parcipem librorum Symbolicorum, commendationem Asceticorum & Fanaticorum, inter Pontificios & alibi degentium, & alia plura, de quibus tamen agere nunc non instituimus, contenti precibus finire, quae hic commentati sumus ueritatis causa, ut Deus ecclesiae suae porro paterne prospiciat, & plerophoriam in doctoribus sinceris omnibusque fidelibus augeat, eosque Spiritu fortitudinis impleat, ut quicquid & doctrinae & uitae offendiculo est, inoffenso pede praetereant, imo animose proculcent & uincant, ac tandem aeterna securitate fruantur.

PRAESES

PRAESES
Nobilissimum Dominum
RESPONDENTEM

per amanter salutat.

Remigraturo Tibi in Patriam suauissimam,
uisum est specimen Theologici Studii
rite apud nos suscepti gestique in cathe-
dra Lutheri, Academiae nostrae, matri abs Te ad-
modum amatae, Teque rursus amanti, exponere.
Non poterat uero dignius argumentum magisque
opportunum, quam praesens, eligi, tendenti Tibi
DEO annuente, Patronisque Summis aliquando
uocantibus, ad suggestum ac functionem, in qua
confitentibus auditoribus absolutionem es imper-
titurus. Intelligis probe, qua es animi sagacitate
et circumspectione, quid momenti hac quoque in
parte munera sancti situm, et quanta felicitas sit,
cum plerophoria munia suscipi a ministro, et effla-
gitari

C. 20

gitari ab auditoribus. Cum itaque hic sancte uer-
sari cupias, simul in penetralia doctrinae de absolu-
tione descendis, et ab altera parte Papatus deuia,
ab altera Fanaticismi periculosas aberrationes eui-
tare discis et discendo assuescis, adeo ut patriae
polliceri queam Sacerdotem in Te, ut purum do-
ctrina, quam intemeratam Numinis auxilio hau-
sist, ita integrum uita et munera rationibus
futurum. Quae enim apud nos gessisti, ad eum
finem omnia tendere uisa sunt, ut aliquando Pan-
noniae redditus probatum Te ipsi ciuem et mini-
strum DEI non minus genuinum declarares. Quod
ut fiat, Patrem misericordiae ueneror, atque ut de-
positum doctrinae quod hic accepisti, tuearis con-
stanter, Te hortor mi Amantissime MAGVLACSI.
Patriam uero Tuam, meamque, si non nutricem,
matrem tamen benignam, cupio semper esse paca-
tam & sub Scepbris CAROLI gloriofissimis in
Sacris ac ciuilibus ubique florentem, ut purior do-
ctrina semper efflorescat, et cum largo animarum
prouentu in tabernaculis fidelium absque omni
aegritudine docentium exponatur. Vale! iterum
iterumque uale! Scribebam VVittenbergae,
d. XXV. Iun. Ao. cccxiii.

Con-

Confesso cursu studiorum, nec sine laude:
En MAGVLACS patrios tentat adire lares
Profectusque prius pulcros ostendere cunctis,
LVTHERI in cathedra, miles in arte studet.
Gratulor eximum Specimen: felix iter opto:
Proficuum Patriae te quoque spero fore.
Publice applaudebam differenti; abeunteli Wotis
prosequebar, deque Sacris bene ominabar
laboribus
M. GEORGIVS MICHAELIS CASSAI, Hung.
Ordinis Sapientum, ad Albitum, Assessor.

Ad nutum IESV submittens aequoris undis
Retia navigii, post graue noctis opus,
Petrus Apostolica cinctus, fultusque corona,
Piscibus eximiis plena reuexit ovans.
Haec quoque Petre Tibi cessit benedictio CHRISTI,
Speranti quanquam tale sub axe nihil.
Nauis en exundat Tua Delia, Πληροφορεν dum
Sacram, id proponens, sedulitate probas.
Eja! age, qua polles uirtute sub auspice Ioua:
Constanter niteas artibus hisce bonis.
Sic certo summae scandes ad culmina laudis,
Et studii tanti praemia digna feres.
Clar. Nob. Doctissimo Dno Respondenti gratulab. apposuit

DANIEL IA. LANY.

Cur fodit, atque graui sulcum deducit aratro
Agricolae callosa manus? Cur praelia miles.
Insequitur, dum saeva canunt per classica Martem?
Quid juuat assiduis, alium pallescere chartis?
Quid uarios uersare libros, longeque peroras
Currere Teutonicas? Ni spes, finisque subest his?
Nempe,

Nempe, ut post longos, lucrum uel fama labores
Incundum efficiat, maneant sua quenque laborum
Praemia parta; secus, quod si non ista placerent,
Nein uirtutem terris quaesiverit ullam;
Nec coepisse sat est, studium quodcumque laboris,
Ni coeptis certum studeat quoque jungere finem;
Nam propter finem sunt primordia tuncta.

Gratulor ergo Tibi, quod felix currere cursum
Noueris et tandem stadium quoque claudere sacrum;
Non multis hoc posse datum est, in Palladis oris:
Ast quicunque fidei percurrere ΠληροΦοριαν
Felici portu potuit, num gravior unquam A
Clausula Christiadē decuit, potuitque manere;
Nil superesse puto, nisi Paulo teste, brabaeum
Coeleste, ut tandem possis sine fine referre;

Perseuera!

Hoc quidem monito, uerbum non amplius addam.

Suum hic quoque candidioris contestandi animi gratia
subjicit calamum

GABRIEL PELARGVS, Patr. Hung. SS. Th. et Ph. C.

Macte Animo: docte documenta referre laborum
Incipis e Cathedra, Diue LV THERE Tua.
Salvifcae Fidei defendis ΠληροΦοριαν
Quo sis progressus sedulitate, doces.
Hoc ipsum tacite mihi significasse uidetur,
Quod Petri a Petra nomen habere uelis.
Gratulor ergo Tibi MAGVLACS, quem fratrī ad instar
Diligo, dum ueneror, quem DEV S alme juua!
Perge, Fidem Petri, doctrinam imitare Petrinam
Nominis ut ualeas omen habere Tui,
Praemia decernet specimen cum uiderit amplum
Vrbs Patria. Haec uoti est summa, caputque mei.

JOHANNES SCHMIDT, Hung. Alnouia Gömör. S. Tb. et Ph. Sr.

